

Federico II di Svevia

*Arenga 216*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 216*

Ottobre 1220

Illis potissimum votis et petitionibus

Illis potissimum votis et petitionibus amat dignitas regalis annuere, que cum temporalis laude iustitie multiplicant fructum retributionis eterne, quod geminum glorie decus in uno simul assequimur, si in aliquo precipue pietatis opere progenitorum nostrorum studiis inheremus. Sane cum monasterium Floris in Sila Calabrie a divis quondam parentibus nostris plantatum, decenter latitudine prediorum ac utiliter decoratum et usum perpetuitate ligatum deo dante piis actibus incrementum, sacre religionis odorem et propaginis ubertatem ad salutem suorum ediderit fundatorum, nos, qui paterne glorie deo cooperante successimus, erga tante pietatis opus paterno iure propositum devotionisque studium imitamur et plantationem, quam divorum tam illustrium augustorum religiosa pietas propagavit, tertio nostre gratie titulo velut per necessaria utilitatis fomenta complectimur, ut, quia funiculus triplex difficile rumpitur, cum illorum auctoritate nostre confirmationis agglutinata soliditas nullo unquam tempore dissolvatur.